



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv**

**Techo, Nicolas**

**Leodii, MDCLXXIII.**

Cap. 26. Alfonsus Barsena Estecenses ad Fidem adducit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38528**

Et Baptizat.

sociis Cantantium choros ducentibus adjungente, secumque civium turbas ad gratulandum trahente: quibus artibus, in comperto est gentem novam ita affectam, ut ianumerabilis multitudo partim Christianis instituta præceptis, partim etiam ad Christi religionem traducta fuerit. Quot tum Batbarorum millia baptizata sint, non satis liquet: nam primi illi provinciae nostræ heroës non æquè sua scribere ac multa pro Christo facere amabant; nec mihi sincerè res scribenti libutum est incerta pro certis ex vaga fama posteritati transmittere. Certum est, præter ingentem baptizatorum variis linguis utentium numerum, Neophyti omnes alijs baptizatos, confessione Sacramentali nulquam antea usurpatâ, purgatos, & propè innumeros ad legitimam uxorem ducendam, cum antea plerique Neophyti lege veteri viverent, fuisse inductos. adeò ut Barsena, parcissimus rerum suarum æstimator, miraretur quâ tantis laboribus non succumberet.

## CAPUT

XXV.  
Alfonus  
Barsena  
Estecenses  
ad Fidem  
adducit.

Multos ba-  
ptizat.

Apostata  
damno  
baptizati.

Alfonus  
Barsena  
tempus ritè  
partitur.

Sex mille  
Barbaros  
& sexcentos  
baptizat.

CAPUT  
XXVII.  
Franciscus  
Angulus &  
Alfonus  
Barsena  
Corduben-  
sem tractū  
Apostolicè  
percurrent.

Quingentes  
baptizant.

Item trecen-  
tos.

**S**ECUNDUM id, Episcopus Tucumanensis, Francisco Angulo, Inquisitionis Fidei commissionibus occupato, apud se retento, Alfonsum Barsenam cum Joanne Villega laico ad Estecensem urbem remittit. Causa mittendi fuit, ut Indigenas Ethnicos in quinquaginta pagis urbi subcensitis ad Fidem Christo clandestina follicitaret, & sacerdotem exterum suo nomine Hispanis præficeret. Ex itinere mortales quamplurimos obviis in pagis salutaribus aquis lavit. Esteci, ad expiandos cives, paucos dies commoratus, Ethnicon vicis, ad quos mittebatur, per abrupta montium, & paludem arundineta, longè abs se invicem disparatos, adiit. Paulò antequam illuc appelleret Barsena, notabili animarum damno, Religiosus quidam Apostata, nescio unde advectus, quamplurimos Ethnicos nullis præceptis ante imbutos sacrilegè, nullo Sacramenti sequuto effectu, baptizaverat; qui interrogati de rebus ad Christi religionem legemque pertinentibus, id modò respondebant, se lotos quidem esse, sed, quod Hispanæ lingue rudes essent, quid cum hac lotione perceperissent, cognoscere se nequivisse. Hos Barsena ritè eruditos melioribus aquis iterum immersit. Porro in convertendis ad Christum Estecensibus Indis ita singulos dies partitus fuerat, ut duabus horis antelucanis somnum excutiens, in proxima nemora aut campos longè ab turba se reciperet, Deum oratus, ut vellat cælestelumen gentibus impertiri: inde faciebat, sacrificio peracto, verba ad concionem: reliquum matutini temporis spatum catechesi tradendæ cum socio terebat: vespertinis horis, ritè baptizandis Indis, & matrimonio jungendis, expiandis Neophytis, vacabat; nullâ ferme habitâ corporis ratione. Cæterum quid per abrupta montium, per abdita sylvarum, vel per paludem arundineta, Indos hinc inde vagos indagando, barbaro cibo contentus, omnibus modis cavens ne aliquis Ethnicus sibi elaberetur, passus uterque fuerit, speramus pro dignitate scripta esse in libro viræ. Novem solidos menses tenuit hic labor, ingenti planè fructu: nam sex millia Barbarorum supra sexcentos suâ manu Barsena baptizavit, multis parium millibus matrimonium incurribus legitimè adfuit: aliarum expiationum initi numerus non potuit. Quibus rebus perfectis, ambo eò unde venerant, Episcopi vocatu, magnâ omnium ordinum pro re feliciter gesta aggratulatione, rediere.

**R**EDUCES, cum Francisco Angulo, ejusdem Episcopi missu, ad Cordubensem tractum cädem ratione procurandum, nullâ ferme datâ respirandi morâ, properavere. Centum leucis abest Corduba, ab sexdecim annis adflicata, ab provincia metropoli, unde simul discesserant: quo itinere per immensa nemora tygribus passim habitata confecto, incredibili Hispanorum lætitia recepti sunt. Sed ubi personuit Barsenæ tuba Apostolica, nullus fuit, qui non conscientias suas apud advenas sacerdores deponere veller. Ex Indis, Hispanorum servitiis in urbe addictis, ob varietatem linguarum erudiri difficultibus, quingenti, & eo numero plures, statim baptismum receperé: per tractum verò Cordubensem excursione facta, primo mense trecentos Ethnicos ad Christi Fidem, & quadringentos Neophyti ad legitimum matrimonium, socii perduxere. Ulteriora meditantibus nuncius ad-

fertur,